I. 17 Tables anatomiques de Bourcon

Explicatio eorum, quæ in tabulis hisce Anatomicis suo charactere designantur.

Cum visum sit nonnullis qui artem medicam non profitentur, Tabularum harum intellectum, quæ in eo libro quem dedimus in lucem explicatæ sunt, magno non sine labore ac studio percipi posse; placuit breviorem hanc et planiorem tabulis ipsis explicationem adjungere, qua singularum partium nomen vsum et structuram, motum vna et circulationem humorum facilius quisque capere possit idque sibi assumere tanquam compendium eorum omnium quæ fusius in libro explicantur. vnum quod notandum eorum reliquum est, quæ nempe corpus humanum integrum exhibent figuras eas esse naturali extensione dimidio minores

Tabula prima

Figura prima exhibet corpus humanum, explicat nomina singularum eius partium, et denotat partes eas quibus admovendæ sunt cucurbitulæ, et inurendi fonticuli.


a. sinciput
b. ociput
c. vertex capitis
d. tempus
e. supercilium
f. glandula lacrymalis in magno oculi angulo sita, lacrymarum materiam suppeditat
g. parvus oculi angulus
h. palpebra superior
i. inferior
ll Tarsi aut semicirculi cartilaginosi qui palpebram sustinent
: exitus lacrymarum puncta lacrymalia dicti
m. cilia aut pili tarsis infixa
n. tunica conjunctiva album oculi constituens
o. cornea tunica perlucida
p. pupilla
q. spina nasi
r. acromion
s. naris
t. ala nasi
u. columna
x. philtrum
z. mystax
y. gena
w. maxilla inferior
*. prolabium
tt. prostomia

tabula 1a n. 2

a. morsus adami
b. guttur
c. parotis
d. tethora
e. paralophia
ff. claviculæ
gg. finis pectoris et hypochondriorum initium
h. sternum
i. scrobiculus cordis
K. vbera
L. radius
m. papilla
nn. peristerna
o. hic incipit regio vmbilicalis et desinit epigastrica
p. et vbi terminatur vmbilicalis, ibi incipit hypogastrica regio
q. umbilicus
rr. Epicolica regio ab aliquibus nominata
s. terminus hipogastrij et initium pubis
tt. Ilia
uu. Inguina
w. brachij seu humeri initium
x. brachij finis et cubiti initium
z. Carpus
Y. Dorsus manus
x. Vola manus
♋. mons veneris
22. genua
33. spina tibiæ
4 Tharsus
5 malleolus internus
6 metatarsus
≈ Locus fonticulis inurendis idoneus
♌ Locus cucurbitulis applicandis aptus

Fig. 2a eadem demonstrat quæ prima.

a. prima auris
b. auris lobus
ab. helix
dd. circulus gibbosus
e. anthelix
f. concha
g. alvearium
h. tragus
i. antilobus
K. Lophia
l. fossicula
m. epomis
nn. vertebræ
oo. scapulæ
p. pubis
qq. Lumbi
rr. poplites
ss. sura
tt. tendines Achillis
v. Calx pedis
vv. malleolus externus.



Tabula Secunda

de cute

Cutis Substantia glandulis permultis Spargitur, e quibus vasa lymphatica sudoris et transpirationis materiam ad cuticulam deferentia papillas pyramidales innumeras irrigant, quæ cum vasis lymphaticis e cute emergentes per corporis reticularia foramina desinunt in cuticulam

de pinguedine

pinguedo e Sanguinis parte oleosa seu Sulphurea efficitur atque ex arteriis capillaribus in cellulas Siue Sacculos membranosos diffunditur, ibi que partium requie uel ab acidis concrescit

de Membranis

Membranæ corpora Sunt e fibris et neruis explicatis et intertextis conflata hinc Sensus earum exquisitus corporis partes vestiunt et contegunt.

de Neruis.

Nerui longi Sunt et tenues fibris et filamentis constant, membrana Seu tunica duplici quam cranio egredientes e dura et pia matre Sortiuntur, circumuestiuntur in propagines et Surculos quamplurimos, per totum corpus Sparsi Spiritus animales motus et Sensus gratia deferunt in paria Seu conjugationes quadraginta vt visum est diuiduntur

de Arteriis

arteriæ Sunt vasa quæ originem ducunt e corde atque in ramos quamplurimos per vniuersum corpus distribuuntur motum Suum et cordis motu atque a Spiritibus et fibris tunicarum musculosis perpetuum mutuantur, quadruplici vestiuntur tunica

de Venis

Venæ totidem intextæ tunicis Sanguinem ex arteriis ad cor reducunt, valuulas per interualla Sic habent inter se dispositas, ut Sanguini cor uersus refluenti facilem transitum præbeant nec remeare Sinant corporis extrema versus

de Vasis Lymphaticis

Eorum tunica est tenuissima valuulis vti venæ intercipiuntur, Lymphatica dicuntur a lympha quam pellucidam in venas et alia receptacula e glandulis referunt

de Venis lacteis

venæ lacteæ Sunt quoque vasa exilia tunica tenuissima circumtecta chilum ab intestinis et mesenterij glandulis ad ipsius receptaculum deuehunt, valuulis quoque donantur Lacteæ audiunt a chili albedine

de Glandulis

Nullæ aut vix corporis partes glandulis destituuntur earum ope tanquam Sanguinis philtro humores cum vtiles tum excrementitij Secernuntur in ipsas venæ, arteriæ, nerui et vasa lymphatica inferuntur

de Musculis

E fibris carnosis, neruis, arteriis, vasis lymphaticis et pinguedine constant musculj, quorum fibræ ad motus varios variè ordinantur, harum fibrarum extrema Sunt neruosa quæ musculi tendo, cauda principium Seu caput dicuntur plures musculj in vnum Simul tendinem interdum desinunt: Sunt tamen alij vt Sphincteres, qui tendine carent musculorum numerus est incertus ex anatomicis nonnullj dinumerant 529. quorum ope attolluntur, deprimuntur, flectuntur, extenduntur, reserantur, clauduntur, et c quæ partes corporis ipsis annectuntur

de ossibus, cartilaginibus et Ligamentis

Ossa Sunt Substantiæ Satis albæ Solidæ atque ut plurimum durissimæ facit quæ ipsis inest medulla fracturæ Sint ut minus obnoxiæ: fulcra Sunt corporis membrana periostium dicta cinguntur, vnde exquisitus Sensus quo Secus carent. eorum numerus apud aliquos est 304. apud alios 360.

Cartilagines Sunt albæ, flexiles, ossibus molliores, Sensus expertes, ossium epiphises tegunt, motus facilioris gratia interdum in os indurantur

Ligamenta Sunt Substantia, alba Solida, Sensus expers. ossa colligant interdum in cartilaginem non modo Substantiam sed et in osseam indurescunt

figu. 1.a distincta Exhibet quinque tegumenta

aa. Epidermis Seu cuticula quæ cutim veram inuoluit, ut media Sit inter objecta et organa tactus
bb. Derma Seu vera cutis
cc. Adeps quæ Salibus Sanguinis obtundendis inseruit
dd. membrana adisposa Seu panniculus carnosus cui immediate adeps adhæret.
ee. membrana communis musculorum Sic dicta quia omnes musculos inuoluit.
ff. musculj obliqui externj qui cum aliis pluribus respirationj et excrementorum expulsionj inseruiunt.

tab 2. n. 21

gg. musculj recti Sub tendinibus externorum musculorum apparentes
h. umbilicus Seu locus ubi vracus una cum vasis umbilicalibus desinit, hæc vasa nutritionj fœtus in vtero inseruiunt
ii. Linea alba Seu terminus musculorum epigastrij
K. Cartilago Xiphois
ll. peritonei productiones per quæ vasa Spermatica in homine et ligamenta rotunda in muliere egrediuntur

figu. 2.a demonstrat musculos ventris inferioris

aa. musculus obliquus externus
bb. venæ, arteriæ et nerui ipsius nutritionj inseruientes
cc. musculus serratus major pluribus cum aliis respirationj et excrementorum expulsionj inseruiens
d. obliquus internus muneris ejusdem
ee. musculus rectus idem praestat ac Superiores
ff. huic loco obliquus externus adhærebat
gh. annulj Seu trancitus productionum peritonej

fig. 3.a ventris inferioris musculos reliquos exhibet cum peritoneo

a a. Serrati majores.
d. transuersalis respirationj et excrementorum expulsionj inseruiens
e. foramina Seu peritonei productionum exitus
ff. peritoneum, menbrana, Viscera abdominis continens
g. peritonei productio
h. musculj pyramidales ventri Sustinendo et vesicæ comprimendo inseruientes

fig. 4.a Situm Intestinorum demonstrat

a. Cartilago Xiphois
bb. serrati majores dicti
ee. hepar bilem e cruore secernit
ff. ventriculus in quo fit alimentorum prima concoctio
g. Lien in quo crassiores Sanguinis fæces secernuntur
hh. omentum inuersum glandulis et vasculis refertum intestina cooperiens
i. vena umbilicalis Sanguinem e placenta in fœtus hepar referens.
ll. arteriæ umbilicales Sanguinem ex arteriis hipogastricis fœtus in placentam deferentes
m. vracus qui vesicam ex umbilico pensilem Sustinet antiqui putarunt per hunc canalem fœtum vrinam in menbranas ipsum inuoluentes deponere
n. vesica vrinaria
oo. peritoneum apertum
q. Intestinum duodenum chylum e ventriculo recipiens
rr. Intestinum 2.um Jejunum apellatum
ss. tertium Ileon dictum in quo ut in prioribus chylus perficitur et ab excrementis segregatur
tt. Colon 4.um intestinum raro flatibus vacuum in quo colicus dolor persentitur
u. cæcum quintum intestinum cui certus necdum adscribitur vsus
x. rectum 6.um Intestinum cuius extrema excipit anus hæc tria postrema intestina crassiora nominantur recipiendis excrementis accommoda

fig. 5.a Exhibet partem carnosam fibræ motricis figuræ parallelipipedis

fig. 6.a fibram motricem integram demonstrat


a pars carnosa fibræ motricis
be-be pars tendinosa
plures fibræ musculum Sinplicem efficiunt et ex pluribus Sinplicibus componitur Musculus

fig. 7.a fibræ Simplices ex quibus musculus construitur

ab -- series fibrarum Sinplicium
ba - earum pars carnosa
gfd - pars tendinosa

fig. 8.a demonstrat quomodo plures Series fibrarum ordine parallello dispositarum musculum Simplicem figuræ parallelipipedis efficiant

d.e.f.g. pars carnosa musculj
el et 67 - pars tendinosa



Tabula tertia

figura 1a exhibet chyli ductum e ventriculo, ad cor mesenterium, hepar cum vesicula, lienem, intestina.

A pars œsophagi seu ductus per quem alimenta ex ore in ventriculum deferunt
B glandulæ œsophagi
C rami præcipui neruorum octaui seu paris vagi
D eorum plexus in orificio superiori ventriculi
EE ventriculi tunica exterior
F pilorus aut orificium per quod chylus e ventriculo in intestina defluit
G Intestinum duodenum
H orificium commune vasi cholidocho et ductui pancreatico
I Intestinum jejunum
K Circuli membranosi ne chylus citius prœterlabatur et sic facilius venas lacteas subeat
L Intestinum Ileon
M cæcum intestinum seu appendix
N valuula infundibulum dicta sic disposita ut excernenda educi nec remeare queant
OO Colon Intestinum
P Circuli membranosi
Q rectum intestinum
R Sphincter ani seu musculus anum constringens
SS Leuatores ani, anum attollunt
TT Mesenterium membrana, adipe, et glandulis consita cui intestina mirifice annectuntur
VV pancreas aselli
W arteria mesenterica
X vena mesenterica
Z glandulæ mesenterica
Y venæ lacteæ quarum una cum valuulis nodorum ad instar appaiet
aa nerui mesenterici
bb venæ lacteæ secundariæ dictæ quæ chilum e glandulis mesentericis ad receptaculum pequetianum referunt
cc receptaculum chyli seu pequetianum antiquis incognitum seu ipsius ductus chyliferus, venæ lacteæ et vasa lymphatica
++ vasa lymphatica cum valuulis
dd glandulæ lumbariæ chylo refertæ comperiuntur
ee ductus thoracicus seu chyliferus cum valuulis qui chylum e receptaculo in venam subclauiam sinistram proue hit
ff Locus per quem ductus thoracicus subclauiam venam subintrat
gg vasa lymphatica
h vena Caua
i arteria magna seu aorta
k Cordis pars
ll vertebræ
mm Costæ fractæ
nn Lien
oo eius tunica exterior
p interior
q eius parenchima
r arteria splenica sanguinem e corde in lienem defert
s vena splenica qua sanguis e liene in hepar reducitur, ut inibi bilem exuat
tt Nerui splenici
gg vasa lymphatica
uu pancreas est acenius seu conglomeratio glandularum succi pancreatici subacidi filtrationi inseruiens ut cum bile et chylo in duodeno fermentescat
m Canalis pancreaticus seu ductus succi pancreatici in duodenum antiquis ignotus
xx hepar sine sanguine et parenchimate
ZZ vena caua cum ramis in hepate dispersa
yy vena porta in hepate ramificata
2 pars diaphragmatis
3 ductus sanguinis e porta in cauam embrionis
4 vena umbilicalis
55 Capsula communis venæ portæ quæ vena ramos venæ portæ, cauæ, et pori biliarii circumuestit
66 Nerui hepatici et Kistici
7 vesicula fellis aut Kistis fellea
8 venæ Kisticæ
99 arteriæ hepaticæ et Kisticæ
10 porus biliarius quo bilis in hepate separata in vesiculam ducitur
11 ductus biliarius
12 vas cholidocum quo bilis e vesicula in duodenum transfertur ut cum succo pancreatico mixta chyli fermentationem denuo promoueat et acrimonia sua motum intestinorum stimulet
13 vasa lymphatica supra hepatis tunicam reptantia

fig. 2a commonstrat fibras superficii exterioris secundæ tunicæ ventriculi
a pars œsophagi et ejusdem fibræ spirales
b orificium eius superius stomachus appellatus
cc fibræ circulares
d pilori valuula ne promtius chylus in intestina diffluat
ee pars duodeni aperta

fig. 3a indicat fibras superficiei interioris 2æ tunicæ ventriculi
aa fibræ longitudinales
bb fibræ obliquæ
hæ omnes fibræ variis ventriculi motibus inseruiunt
c pilorus seu orificium inferius ventriculi
d duodenum


fig. 4a Interiorem ventriculi superficiem demonstrat
aa eius tunica rugosa et pilosa

fig. 5a Exhibet partem tunicæ glandulosæ ventriculi tunicæ pilosæ intime adhærentis

fig. 6a tunicæ vasculosa dictæ partem exhibet eius vascula in glandulas tunicæ glandulosæ inseruntur cui intime adhæret in his glandulis quidam humor acidus filtratur quo expresso ingesta in ventriculum digeruntur

fig. 7a Exhibet diuaricationes et anastomoses vasorum meseraicorum in mesenterio et intestinis diffusorum

fig. 8a demonstrat portiones trium tunicarum quibus Intestinorum substantia Coalescit
a Superficies exterior prima intestinorum tunicæ cum suis glandulis
b vascula in glandulas primæ tunicæ interioris inserta
c fibræ Circulares secundæ tunicæ
d fibræ rectæ eiusdem tunicæ
hæ fibræ motui Intestinorum peristaltico aut vermiculari inseruiunt



tertia tunica neruosa dicta propter neruos in ea sparsos intestinorum
e motus et sensus gratia

fig. 9a exhibet partem intestini tenuis aperti cum glandularum acervis aa notatis.

fig. 10a exhibet renem per medium dissectum cum suis tabulis
a venæ emulgentis ramus
b arteriæ emulgentis ramus
c vreteris absciffi pars
d peluis in qua vrina recipitur et inde per ureteres in vesicam defluit
ee carunculæ papillares quæ urinam transcolant
ff tubuli per quos urina in peluim descendit
gg vasculorum plexus et glandulæ circumsparsæ, quæ urinam e massa sanguinea secernunt
hh renis tunica interior
i renis tunica exterior

fig. 11a diapharagma et hominis partes genitales
aa diaphragmatis musculus superior
bb eius tendo
cc musculus inferior
diaphragma est musculus præcipuus respirationis motui inseruiens
d fibræ motrices quæ ventriculi orificium superius occludunt
f foramen seu orificium œsopsagi
gg venæ phrenicæ
hh arteriæ phrenicæ
i venæ ex hepate ad Cauam
KK vena Caua ascendens dicta
L arteria aorta descendens
22 diaphragmatis appendices
n arteria cœliaca
o arteria mesenterica superior
+++ venæ et arteriæ spermaticæ
: : rami qui in omento et peritoneo distribuuntur
pp venæ et arteriæ lumbares inferiores
q arteria mesenterica inferior
rr venæ et arteriæ iliacæ
tt venæ et arteriæ emulgentes
nn glandulæ renales quarum vsus huc usque incognitus
mm renes in quibus vrina e cruore segregatur
33 vreteres seu canales per quos vrina e renibus in vesicam diffluit
xx musculi psoas qui femora flectunt
ZZ vertebræ lumbares
yy musculi iliaci qui femora flectunt
A vesica vrinaria
BB vesicæ seminariæ
CC prostatæ humorem viscosum transcolant ne vrethra salium acrimonia lædatur
DD Interior scroti pars tunica dartos circumtecta In scroto suspenduntur testiculi
EE scroti tunica exterior
FF cutis penis
GG præputium quo glans Cooperitur
H vrethra seu meatus urinarius musculis virgæ dilatatoribus obtecta
II Musculi extensores penis
K penis cum vasibus et neruis
4 glans
m musculus cremaster quo testiculus circumvestitur et attollitur
M Testiculus sinister tunica eritroide indutus
N productiones peritonei
OO vasa spermatica tunica communi conclusa
QQ eadem nuda et eorum diuaricationes quæ corpus pyramidale constituunt
R testicularum tunica albuginosa
SS Epididymis ex istis fibris intertextis testiculi et Epididymides constant eædem fibræ præparationi seminis inseruiunt
V Sphincter seu musculus vesicæ orificium stringendo occludens

fig. 12a Exhibet vesicam, vesicas seminarias, penem, eius musculos et vrethram
a vesica
bb vreteres vesicam subeuntes
cc vasa ejaculatoria
dd Nerui
ee vesiculæ seminariæ
f prostatæ
g pars musculi penem extendentis
h vrethra
ii musculi penis extensores absciffi
22 Initium corporum neruosum aere inflatorum hæc corpora neruosa penem formant
KK
ll Septum quo Corpora neruosa separantur
mm Corporum neruosorum substantia spongiosa
nn frenum per medium diuisum
o glans diuisa
vrethra aperta


fig. 13a vesiculas seminarias demonstrat
aa vesiculæ seminariæ
bb earum nerui
cc vasa ejaculatoria quæ semen in vesiculas referunt
dd Orificia per quæ vasa ejaculatoria in vesiculas semen transferunt
e Caput gallinaginis aut veru montanum cum orificiis vesicularum per quæ semen in vrethram erumpit
ff vasa quæ humorem viscosum in prostatis transcolatum deferunt
gg prostatæ aut Corpus glandulosum
hh vrethra aperta
ii vrethræ superficies interior ut distinctius appareat pars ejus posterior

fig. 14 Exhibet partem penis transuersim dissecti
aa Corpora Neruosa
b vrethræ substantia spongiosa
c vrethræ Cauitas
d Septum medium corporum Neruosum
e vena pudibunda

fig. 15a Cum sequentibus demonstrat testiculos cum vasis spermaticis
a vena spermatica
bb rami in omentum et peritoneum distributi
c vas ejaculatorium
dd diuaricationes, anastomoses, et valuulæ ramorum venæ spermaticæ
e Epididymis
f Testiculus tunica albuginea indutus

fig. 16a
a vas ejaculatorium
bb solutio vasorum e quibus Corpus Epidymidis coalescebat
dd pars tunicæ albugineæ perforata vasibus spermaticis præparantibus
e vascula quibus testiculorum substantia Contexitur

fig. 17a
a vasa ejaculatoria semen in vesiculas seminarias deferentia
b Epididymis
cc pars inferior Epididymidis cum arteria spermatica
d ramus arteriæ spermaticæ in testiculos expansus
e ramus in Epididymidem insertus
f arteria spermatica



T. 3. Amatus Bourdon Medic. del. et ex. C.P. Regis. D. le Bossu Sculp.

Tabula quarta

fig. 1ª glandulas mammæ excoriatæ repræsentat

a, Vena et arteria mammaria perquam nonulli autumant chylum nondum perfecte a sanguine subactum in mammarum glandulas transmitti in iis que in lac commutari et sanguinem a chylo separatum per venam mammariam in subclauiam venam reuehi

fig. 2ª genitalia mulierum

a, vena caua
b, arteria aorta
cc, venæ et arteriæ emulgentes
dd, venæ et arteriæ spermaticæ
ee, earum diuaricationes
f, testiculus seu ouarium dextrum
g, sinistrum cum ouis conspicuis
††, Ligamenta olim vasa eiculatoria dicta
bb, Ligamenta lata membranosa quibus uterus adhæret
ii, Vasorum spermaticorum cum hypogastricis anastomoses et diuaricationes
K, venæ et arteriæ hypogasticæ
ll, venæ et arteriæ iliacæ
ꝝ, uteri corpus
mm, tubæ seu uteri cornua
nn, tubarum orificia
oo, morsus diaboli
p, fundus uteri seu eius cauitas
q, eiusdem transuersa sectio ut eius spissitudo appareat
r, pars membranæ intestinum rectum cooperiens
tt, Ligamenta rotunda quibus uterus ossibus pubis illigatur
u, Vreterum in vesicam insertio -
x, vreteres
y, fibræ uteri collum contringentes
2, vesicæ sphincter
3, Clitoridis crura
4, clitoridis pars spongiosa
5, Clitoridis musculi
6, Clitoridis glans
7, Clitoridis præputium
8, Nymphæ -
9, orificium vesicæ et lacunarum quæ humorem viscosum transcolant
10, vteri colli orificium
11, pars ani
12, perinæum
13, venæ et arteriæ et nerui clitoridis et vuluæ
14, Clitoridis corpus

fig. 3ª prostatæ muliebres, lacunæ, et hymen -

a, vesicæ superficies interna
bb, vreterum orificia in cauo vesicæ -
cc, vreteres
dd, corpus glandulosum cum lacunis
ee, hymen
f, colli uteri orificium

fig. 4ª Vteri orificium Internum

a, pars uteri -
b, orificium internum uteri
c, collum uteri apertum rugosum

fig. 5ª fœtus recenter natus

a, hepar
b, ventriculus
cc, intestina
d, Vracus
ee, arteriæ umbilicales
f, vena umbilicalis
g, vesica
h, vinculum e vasibus umbilicalibus contextum -
ii, placentæ portio amnio coopetæ
K, amnios seu membrana fœtum inuoluens -
ll, chorion seu altera membrana fœtum continens
mm, venæ et arteriæ capilares a parenchimate placentæ separatæ sanguis e placenta in fœtum et e fœtu in placentam circulatur. vasa uteri in placentam alimentum fœtus deferunt

fig. 6ª fœtus septimestris

a, venæ et arteriæ placentæ uteri fundo adhærentes -
b, placenta
c, situs fœtus in ouo

fig. 7ª fœtum trimestrem obiicit
fig. 8 fœtum sex hebdomadarum
fig. 9 fœtum mensis vnius
fig. 10 fœtum trium septimanarum
fig. 11 fœtum quindecim dierum
fig. 12 fœtum quatriduo conceptum ostendit
fig. 13 exhibet situm naturalem maturi fœtus dum instat partus

aa, matrix aperta
b, eius orificium internum dilatatum
c, fœtus capite pronus in orificio uteri interno imminente aquarum eruptione
d, uteri collum apertum
e, placenta uteri fundo affixa

fig. 14ª cor, pulmones eorumque vasa representat

aa, thimus est glandula cuius munus hactenus medicos latuit
bb, Lobi superiores pulmonum cum vasis lymphaticis in pulmonibus aer cum sanguine commiscetur
c, trachea arteria seu fistula perquam aer pulmones subit
d, æsophagus
e, vena caua perquam sanguis in dextrum cordis ventriculum dilabitur
f, arteria pulmonis aperta perquam sanguis e dextro cordis ventriculo in pulmones propellitur
gg, tres valvulæ sigmoides sic dispositæ ut sanguinis fluxus in pulmones facilis fiat, eiusque in cor refluxus præpediatur
ii, Vena pulmonis perquam sanguis refluus ex arteria pulmonis in sinistrum cordis ventriculum deuehitur
l, arteria aorta perquam sanguis e sinistro cordis ventriculo pertotum corpus propellitur
K, tres valuulæ semilunares quibus sanguis e sinistro cordis ventriculo iam egressus præpeditur ne in ipsum remeet
L, cordis ventriculus dexter apertus et eius fibræ quæ sanguini comminuendo et cum chylo permiscendo inseruiunt
mm, tres valuulæ tricuspides ita sitæ ut sanguis dextrum cordis ventriculum subire possit in cauam vero refluere nequeat
n, cordis ventriculus sinister apertus cuius munus idem ac dextri ventriculi -
oo, duæ valuulæ mitrales sic constructæ ut sanguis in sinistrum cordis ventriculum dilabi possit et in venam pulmonis remeare nequeat
*, Canalis botalli perquem sanguis impeditus adhuc pulmonibus ex vno cordis ventriculo in alium influit in solo fœtu et animalibus quæ sub aquis degunt reperitur
p, in corde sanguis elaboratur cuius et arteriarum valido motu per vniversum corpus propulsatur
qq, pericardium seu membrana cor inuoluens in qua nonnihil lymphæ reperitur
rr, rami arteriæ pulmonis
ss, venæ pulmonis rami bronchiorum que transuersim abscissorum
uu, vesiculæ pulmonariæ pulmonum lobulis adhærentes quæ aerem modo excipiunt modo expellunt in inspiratione et expiratione
xx, pulmonum bronchia aut cartilaginum tracheæ arteriæ propagatio
zz, vesiculæ pulmonum sinuosæ aerem excipientes -
yy, Nerui bronchiales
2, pars membranæ pulmonem circumvestientis

fig. 15ª Sinistrum cordis ventriculum apertum conspiciendum præbet

aa, Vena pulmonis aperta
bb, cauitas auriculæ sinistræ cordis, per auriculas cordis sanguis in ventriculos irruens coercetur ne quid detrimenti animal patiatur
cc, foramen ouale ex arteria pulmonis fœtus in aortam oblique tendens quo sanguis facilius e dextro cordis ventriculo in sinistrum influat nec remeare possit
d, duæ valuulæ mitrales
ee, Columnæ et fibræ in cauo cordis -

fig. 16ª qua dextra cordis auricula aperta demonstratur

aa, basis, qua dextro cordis ventriculo adhæret
bb, vbi quoque venæ cauæ adhærescit
cc, quæ in eius cauo sunt fibræ;
d, orificium venæ coronariæ
ee, venulæ ad cordis perenchima tendentes.
f, extremum auriculæ seu eius angulus.

fig. 17ª fibræ spirales e quibus cordis ~~cordis~~ musculus componitur

aa, tendo lateralis dextri
d, tendo lateralis sinistri

tab. 4. n. 2.

c, cordis mucro

fig. 18 Cor transuersim dissectum eius ventriculos et auriculas ostendit

aa, cordis vasa maiora
bb, auriculæ inflatæ
cc, cor transuersim dissectum
d, dexter ventriculus
e, sinister

fig. 19ª cordis basis vasorumque orificia

a, venæ cauæ truncus
b, foramen ex quo arteria pulmonis emergit
c, aortæ exitus
d, venæ pulmonis
e, tendo fibrarum qui orificia circumdat
f, fibræ externæ quibus conflatur tendo
g, fibræ internæ eiusdem tendinis

fig. 20 Cartilago annularis.

a, pars eius posterior et interior
b, eiusdem pars anterior et exterior

fig. 21ª exhibetur Epiglottis quæ laringem claudit ne quid cibi potusue in tracheam arteriam decidat

fig. 22ª larinx et vasa pulmonaria

a, os hioidis linguam et laringem sustinens
æ, pars anterior cartilaginis scutiformis
b, pars anterior cartilaginis annularis
cc, pars anterior cartilaginosorum annulorum
d, tracheæ arteriæ pars posterior
f, aorta descendens
gg, bronchiorum pars posterior
hh, arteria bronchialis recens cognita
ii, venæ pulmonis
KK, arteria pulmonis
ll, venæ bronchialis
mm, musculi sternothyroidei aut bronchici qui laringem deprimunt
nn, hyothyrodei qui laringem attollunt
oo, cricothyroidei qui laringem dilatant
Larinx aperitur et clauditur ad aeris ingressum et egressum vocis articulationis gratia; deprimitur: dum pharinx attollitur deglutitionis causa.

fig. 23ª tres membranæ tunicam interiorem tracheæ arteriæ componentes

a, prima fibrosa
b, secunda glandulosa
c, tertia vasculosa
d, tunica exterior tracheæ arteriæ

fig. 24ª exhibetur ramus neruorum qui in lobis et lobulis pulmonum distribuuntur exprimiturque quomodo eorum extrema dilatata et expansa membranas efficiant

fig. 25ª Laringis pars posterior

a, processus cartilaginis scutiformis
b, Epiglottis tracheæ arteriæ orificium occludens ne cibus in pulmones deglutiendo delabatur
cc, cartilagines aritenoides
d, pars postica cartilaginis annularis
e, trachea arteriæ pars posterior

fig. 26ª pars laringis posterior cum musculis

a, Epiglottis
bb, arithenoides cartilagines
cc, scutiformis cartilago
dd, musculi arithenoidei qui arithenoides claudunt
e, musculi cricothiroidei laringem dilatantes
ff, thyroides glandulæ serum a sanguine segregantes

fig. 27ª pars laringis lateralis cum cartilaginibus

aa, cartilago scutiformis
b, annularis
cc, arithenoides
dd, Laringis rima seu glottis
e, cricoarithenoideus lateralis arithenoidem aperiens
f, tiroarithenoideus separatus
g, cui parti adhærebat
h, parti alterius arithenoidei situ naturali, ambo laringis rimam claudunt

fig. 28ª Larinx cum pharinge seu æsophagi orificio

a, cartilago scutiformis.
b, epiglottis
c, trachea arteria
d, æsophagus
e, musculi æsophagei seu sphincter æsophagi quem circumdat
f, stilopharingei qui pharingem dilatant
g, sphenopharingei qui pharingem dilatando attollunt
h, Cephalopharingei qui pharingem constringunt

fig. 29ª pharinx cum musculis -

a, æsophagus
b, musculus æsophageus
c, stilopharingei
d, sphenopharingei
e, cephalopharingei
f, æsophagi orificium

fig. 30ª Cerebrum apertum

aa, duramater aut membrana quæ cerebrum et cerebellum inuoluit
bb, piamater seu altera membrana tenuis cerebrum et cerebellum intime circumuoluens quæ cum præcedenti vaginæ adinstar medullam spinalem et neruos inuoluit
cc, pars corporis callosi
d, basis fornicis cum radicibus
e, corpus striatum abrasum
f, margo anterior
h, posterior
i, alternum corpus striatum
K, thalamus opticorum abrasus
ll, nates quarum vna est abrasa
mm, processus medulares
n, glandula pinealis quæ animæ sedes ex Cartesio
oo, protuberantiæ annulares testes dictæ
p, foramen seu meatus ad infundibulum
q, aliud foramen ad 3.um ventriculum -
rr, processus medulares in cerebellum protensi
ss, Cerebelli substantia corticalis
t, quartus cerebri ventriculus calamus scriptorius dictus
v, Cerebri substantia medullaris

fig. 31ª Cerebrum alio modo dissectum

aa, cerebrum
bb, cerebellum
cc, medulæ oblongatæ caudices
d, corpus callosum
ee, brachia basis fornicis
f, glandula pinealis
gg, nates.
hh, testes.
ii, principium neruorum opticorum
K, processus medulla
l, alter processus transuersus huius medullæ
m, pars medullæ oblongatæ quæ sub processibus extenditur
n, meatus ad 3.um ventriculum
oo, protuberantiæ annulares -

fig. 32ª falx et sinus duræ matris

aa, tertius duræ matris sinus apertus eius valuulæ aut cellulæ
bb, pars duræ matris falx dicta
cc, sinus quartus
dd, sinus alter paruus
ee, duo primi sinus
ff, duo alii tortuosi
gg, rami venæ e glandula pituitaria prodeuntis
hh, alii duo eiusdem parte externa
ii, venæ jugulares

hi sinus sunt venarum dilatationes

Nulla hic de Cerebri et Cerebelli munere fit mentio cum satis fuse in descriptione anatomicae Cerebri dictum sit



Tabula 5^a^

fig. 1a oculorum facieique musculi et vasa salivalia
A, cutis
B, pericranium seu membrana periostio intimé adhærens
C, periostium membrana ossa corporis circum uestiens
D, sutura coronalis
E, sutura sagittalis
F, os coronale
G, ossa parietalia
H, musculi frontales qui supercilia attolunt
I, crotaphitus qui maxillam inferiorem claudit
K, palpebram superiorem attolentes
L, musculus oculum claudens
M, incisiuus qui labium superius attollit
N, masster qui maxillam inferiorem lateraliter mouet
O, triangularis qui labium superius deprimit
P, quadratus qui labium inferius deprimit
Q, orbicularis seu buccæ sphincter labia mouens
R, expansio musculasa
S, fibræ carnosæ quæ nares attollunt
T, zigomaticus labia et genas lateraliter mouens
V, glandula parotis salivam suppeditans
X, vas salivale salivam in os deferens
S, buccinator cibos huc illuc propellens
&, occipitalis occiput tegens
a, neruus opticus visus organum
b, musculus superbus qui oculum attollit
c, humilis qui deprimit
d, bibitorius qui nasum versus oculum adducit
e, indignatorius versus aures oculum adducens
f, trocleatorius oculum circum agens
g, obliquus minor eidem motui inseruiens oculumque nasum versus adducens
h, palpebra superior
i, glandula lacrimalis lachrimas supeditans
k, pars glandulæ quæ in paruo oculi angulo latitat
l, vasa lachrymalia
m, puncta lacrymalia seu orificia vasorum lacrymalium
n, trochlea seu cartilago annularis quam subeunt duo parui musculi qui instar trochleæ inseruiunt oculorum motui

figura 2a oculi partes et ejus musculi
a, oculi globus
b, iris
c, musculus superbus
d, humilis
e, bibitorius
f, indignatorius
g, trochlearis
h, obliquus minor
i, tunica chelerotica
k, tunica choroides
l, nervus opticus
m, trochlea

fig. 3a oculi tunicæ transuersim sectæ
a, pars tunicæ adnatæ
b, schelerotica tunica secunda
c, choroides tunica quarta
d, neruus opticus
e, cornea tertia oculi tunica
ff, vuea est pars choroidis perforata
g, humor aquosus
h, cristallinus tunica aranea indutus
i, vitreus
kk, processus ciliares
l, retina tunica é fibrillarum nerui optici expansioné, præcipuum visus organum

fig. 4a oculi humores
a, humor cristallinus
b, processus ciliares
c, humor vitreus

fig. 5a auris partes
a, pars exterior ossis petrosi cum timpano
b, pars zigomatis
c, timpanum
d, foramen per quod neruus septimi paris transit
e, foramen quod arteria carotis subit

fig. 6a ossis petrosi interiora, musculi, ossicula, aliæque auris partes
a, ossis petrosi pars interior
b, timpanum
c, stapes cum ossicula adhærente
d, incus
e, malleolus
f, musculus exiguus
g, foramen ouale a stapeté fere obturatum
h, concha
i, labyrinthus
k, spelunca
l, zigomatis pars

fig. 7 timpanum, ossicula ac auris musculi
a, pars ossis petrosi
bb, circulus osseus membranam timpani continens
d, musculus exiguus malleolo adhærens
e, malleolus
f, incus
g, stapes cum ossiculo

fig. 8a partem exteriorem ossis hyoidis continet
fig. 9a partem exteriorem ostendit
a, basis
bb, cornua
cc, appendices cartilaginosæ

fig. 10 ordines fibrarum musculi mansorii
aa, tendines
bb, fibræ carnosæ

fig. 11a musculi ossis hyoidis
a, basis ossis
bb, cornua
cc, musculi genihyoidei os hyoides attollunt
dd, milohyoidei sursum et ad latera ducunt
ee, stiloceratohyoidei a digastrico perforati lateraliter mouent
ff, digastrici maxillam inferiorem deprimunt
gg, coracohioidei maxillam inferiorem deorsum et lateraliter ducunt
hh, sternohoidei os hioidis deprimunt

fig. 12a linguæ bouinæ papillas aliasque partes minores magis quam in humana lingua perspicuas ostendit
aa, cornua minora in linguæ superficie sparsa
bb, linguæ cuticula
cc, paruæ papillæ quæ foramina corporis reticularis seu substantiam viscosam pertranseunt
dd, corpus reticulare perforatum in situ et extra situm
ee, foraminula per corpus reticulare undiqué sparsa
ff, papillæ cornibus limacum non absimiles
gg, corpus papillaré cum omnibus papillarum speciebus gustui præcipué inseruientibus

fig. 13a corpus papillare transuersim dissectum
a, nerui in corpus papillaré distributi
bb, linguæ substantia
cc, corpus papillare et tres papillarum species

fig. 14a et 15 fibræ variæ linguam constituentes
a, linguæ superficies
bb, fibræ rectæ quæ é basi ad cuspidem tendunt
cc, fibræ linguam penetrantes instar viminum contextæ
Omnes hæ fibræ diuersis linguæ motibus inseruiunt

fig. 15a
ab, fibræ obliquæ quæ linguam abbreuiant et porrigunt

fig. 16a musculi linguæ
aa, genioglossi linguam extra labia exerunt
bb, stiloglossi attollunt
cc, ceratoglossi lateraliter mouent
dd, bassioglossi deorsum et retorsum ducunt
ee, genihyoidei a basi menti separati
f, linguæ corpus
g, nerui in linguam et corpus papillare distributi

fig. 17 valuula, palatium et amigdalæ deleguntur
a, palatium
bb, musculi peristaphilini externi
cc, peristaphilini interni cum prioribus valuulam mouent
dd, pterigoides exteriores maxillam inferiorem antrorsum mouent
ee, pterigoides interiores maxillam inferiorem claudentes
ff, glandulæ amigdalæ in oris fundo sitæ
g, valuula aerem pulmones subeuntem temperat impeditque quominus potus per nares erumpat
ii, zigoma os faciei
h, mandibulæ pars

fig. 18a sceleton repræsentat
a, os coronale
b, parietale
c, petrosum

tab 5 n 2
d, processus mastoides seu mamillaris
æ, ossiculum vuormianum
e, sutura coronalis
f, sagittalis
g, squammosa
h, os primum maxilæ superioris
i, secundum unguis dictum aut lachrymale
k, tertium
m, quartum aut os nasi
o, zigoma
p, maxilla inferior
q, eiusdem angulus
r, corona aut productio acuta
s, condille aut productio obtusa
t, foramen per quod ramus nerui sexti paris transit
u, foramen alterius rami eiusdem paris
x, aliud alterius rami eiusdem paris
22, septem colli vertebræ
33, duodecim dorsi
AA, claviculæ
BB, sterni os primum
C, os secundum
D, os tertium
E, cartilago xiphoidis
FF, septem costæ veræ
GG, quinque falsæ
HH, costarum cartilago
I, acromion
K, coracoides
L, pars interior omoplatæ
M, os ilion
N, os pubis
O, os ischium
P, os sacrum
QQ, caput humeri
R, humerus
S, cubitus
T, radius
55, octo ossicula carpi
66, ossicula quinque metacarpi
VV, duo pollicis
XX, digitorum ossicula
ZZ, ossicula sesamoides
13, caput femoris
14, trochanter majus
15, trochanter minus
16, femur
17, processus partis inferioris
18 18, rotulæ genu
19 19, ossis tibiæ productiones superiores
20, tibia
21, maleolus internus
22, peroneum
23, malleolus externus
24, astragalus aut primum é septem ossibus tarsi
25, calcaneum
26, naviculare
27, cubiforme
28 28, cuneiformia
29 29, metatarsi ossa quinque
30 30, digitorum pedis ossa
31 31, ossa pollicis
32 32, pars posterior unius vertebræ lumborum
33, transitus medullæ spinalis
34, apophisis transuersa
35, apophisis obliqua
36, spina vertebræ
37, coccigis ossicula
38, peluis apertura
39, humeri productiones externa
40, internæ

fig. 19a
1.2.7, pars posterior septem vertebrarum colli
8, prima vertebra dorsi
aa, sinus occiput excipientes
b, processus dentiformis

fig. 20a cranii pars
a, diploe
b, prima cranii tabula
c, secunda tabula

fig. 21a maxilla inferior
aa, corone
bb, condile
c, maxillæ angulus
d, rami venæ arteriæ et nerui quinti paris introitus
e, eorumdem ramorum exitus
f, dentes incisiui
g, canini
h, molares

fig. 22a prima colli vertebra
aa, sinus qui os occipitale excipiunt
bb, exitus arteriæ vertebralis
c, medullæ transitus
d, spina eiusdem vertebræ

fig. 23a secunda colli vertebra
a, processus dentiformis
bb, exitus arteriarum vertebralium
cc, sinus primam vertebram excipientes
d, medullæ transitus
e, spina furcata

fig. 24a septima colli vertebra
a, eiusdem spina
b, arteriarum vertebralium meatus
c, medullæ spinalis transitus

fig. 25a externum humeri
aa, processus
b, cauum in quo olecranum excipitur

fig. 26a extrema superiora cubiti et radii
a, olecranum
b, radii extremum

fig. 27a extremum inferius partis posterioris femoris
a, linea aspera
bb, processus
cc, cauitas inter processus

fig. 28a squeleton fœtus
aa, epiphises cartilaginosæ

fig. 29a pars interior omoplatæ
a, productio coracoides
b, acromion
c, spina
d, cauum humerum excipiens
e, collum productionis
f, angulus superior
g, costa superior
h, angulus inferior
i, costa inferior
k, basis

fig. 30a cranii pars inferior et externa
aa, os occipitale
bb, ossa temporum
cc, processus mastoides
dd, stiliformes
ff, jugales aut zigoma
gg, os sphenoides
hh, processus pterigoides externi
ii, pterigoides interni
kk, ossiculum maxillæ vomer dictum
ll, nonum et decimum os ejusdem maxillæ
mm, os palati
nn, processus occipitis in cauo vertebræ colli excipiendi
o, foramen exitus medullæ


fig. 31a articulatio femoris cum ischio
a, os ilium
b, pubis
c, ischium
d, ischii cauum
e, caput femoris
f, ligamentum rotundum
g, cartilago surcilium dicta
h, ligamentum aliud

fig. 32a pars posterior duarum vertebrarum et ossis sacri
a, transitus medullæ
bb, processus obliqui
cc, transuersi
dd, spinæ uertebrarum et ossis sacri
ee, exitus neruorum

fig. 33a articulatio femoris cum tibia
